# *DOMINICA XXXIV PER ANNUM*
# DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI UNIVERSORUM REGIS
*Sollemnitas*

## IN PRINCIPIO HORARUM




## PSALMODIA



# PSALMUS 109 (TONUS VIII)

## *MESSIAS REX ET SACERDOS*

*Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius (1 Cor 15, 25).*



Di-xit Dóminus

1. Dixit Dóminus Dómino **me**o: * «Sede a *dextris* **me**is,
2. donec ponam inimícos **tu**os * scabéllum pe*dum tu***ó**rum».
3. Virgam poténtiæ tuæ emíttet Dóminus ex Si**ón**: * domináre in médio inimicó*rum tu***ó**rum.
4. Tecum principátus in die virtútis tuæ, ☨ in splendóribus **sanc**tis, * ex útero ante lucíferum *génu***i** te.
5. Iurávit Dóminus et non pænitébit **e**um: * «Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órdi*nem Mel***chí**sedech».
6. Dóminus a dextris **tu**is, * conquassábit in die iræ *suæ* **re**ges.
7. Iudicábit in natiónibus: cumulántur ca**dá**vera, * conquassábit cápita in terra *spati***ó**sa.
8. De torrénte in via **bi**bet, * proptérea exal*tábit* **ca**put.
9. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **Sanc**to.
10. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in sǽcula sæcu*lórum*. **A**men.



Dan 7, 14

34. 1f




# PSALMUS 110 (TONUS I)

## *MAGNA OPERA DOMINI*

*Magna et mirabilia opera tua, Domine Deus omnipotens (Ap 15, 3).*




1. Confitébor tibi Dómine in toto **cor**de **me**o, * in consílio iustórum et congre*gati***ó**ne.
2. Magna **ó**pera **Dó**mini, * exquirénda ómnibus qui cú*piunt* **e**a.
3. Decor et magnificéntia **o**pus **e**ius, * et iustítia eius manet in sæ*culum* **sæ**culi. (d: **sæcû**li.)
4. Memóriam fecit mirabíli**um** su**ó**rum, * miséricors et mise*rátor* **Dó**minus. (d: **Dómî**nus.)
5. Escam dedit ti**méntibus** se; * memor erit in sæculum testa*ménti* **su**i.
6. Virtútem óperum suórum annuntiávit **pó**pulo **su**o, * ut det illis heredi*tátem* **gén**tium; (d: **géntî**um;)
7. ópera mánuum eius véritas **et** iu**dí**cium. * Fidélia ómnia man*dáta* **e**ius,
8. confirmáta in **sæ**culum **sæ**culi, * facta in veritáte et *æqui***tá**te.

9. Redemptiónem misit pópulo suo, ☧ mandávit in ætérnum testa**mén**tum **su**um. * Sanctum et terríbile *nomen* **e**ius.

10. Inítium sapiéntiæ timor Dómini, ☧ intelléctus bonus ómnibus faci**én**tibus **e**a; * laudátio eius manet in sǽ*culum* **sǽ**culi. (d: **sǽcû**li.)

11. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

12. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in sǽcula sæcu*lórum*. **A**men.

Dan 7, 14




Mic 5, 4-5



# PSALMUS 144A (TONUS VII)

## *LAUS DIVINÆ MAIESTATIS*

*Iustus es, qui es et qui eras, Sanctus (Ap 16, 5).*



Ex-altábo

1. Exaltábo te, **De**us **me**us, rex, * et benedícam nómini tuo in sǽculum et in **sǽ**culum **sǽ**culi.
2. Per síngulos dies bene**dí**cam **ti**bi * et laudábo nomen tuum in sǽculum et in **sǽ**culum **sǽ**culi.
3. Magnus Dóminus et lau**dá**bilis **ni**mis, * et magnitúdinis eius non est in**ves**ti**gá**tio.
4. Generátio generatióni laudábit **ó**pera **tu**a, * et poténtiam tuam pro**nun**ti**á**bunt.
5. Magnificéntiam glóriæ maiestátis **tu**æ lo**quén**tur * et mirabília tua **e**nar**rá**bunt.
6. Et virtútem terribílium tu**ó**rum **di**cent * et magnitúdi-nem **tu**am nar**rá**bunt.
7. Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ **e**ruc**tá**bunt * et iustítia tua **ex**sul**tá**bunt.
8. Miserátor et mi**sé**ricors **Dó**minus, * longánimis et multæ mi**se**ri**cór**diæ.
9. Suávis Dóminus **u**ni**vér**sis, * et miseratiónes eius super ómnia **ó**pera **e**ius.
10. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia **ó**pera **tu**a; * et sancti tui bene**dí**cant **ti**bi.
11. Glóriam regni **tu**i **di**cant * et poténtiam **tu**am lo**quán**tur,
12. ut notas fáciant fíliis hóminum po**tén**tias **tu**as * et glóriam magnificéntiæ **re**gni **tu**i.
13. Regnum tuum regnum ómnium **sæ**cu**ló**rum, * et dominátio tua in omnem generatiónem et gene**ra**ti**ó**nem.
14. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spi**rí**tui **San**cto.
15. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in sǽcula sæcu**ló**rum. **A**men.

Mic 5, 4-5




Ap 19, 16; 1, 6




# PSALMUS 144B (TONUS VII)

## *LAUS DIVINÆ MAIESTATIS*

*Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Mt 25, 34).*




1. Fidélis Dóminus in ómnibus **ver**bis **su**is * et sanctus in ómnibus o**pé**ribus **su**is.

2. Allevat Dóminus **o**mnes, qui **cór**ruunt, * et érigit **o**mnes de**prés**sos.
3. Oculi ómnium **in** te **spe**rant, * et tu das illis escam in témpore **op**por**tú**no.
4. Aperis tu **ma**num **tu**am * et imples omne ánimal in **be**ne**plá**cito.
5. Iustus Dóminus in ómnibus **vi**is **su**is * et sanctus in ómnibus o**pé**ribus **su**is.
6. Prope est Dóminus ómnibus invo**cán**tibus **e**um, * ómnibus invocántibus eum in **ve**ri**tá**te.
7. Voluntátem timénti**um** se **fá**ciet * et deprecatiónem eórum exáudiet et salvos **fá**ciet **e**os.
8. Custódit Dóminus omnes **di**li**gén**tes se * et omnes pecca**tó**res dis**pér**det.
9. Laudatiónem Dómini loquétur os meum, † et benedícat omnis caro nómini **san**cto **e**ius * in sǽculum et in **sǽ**culum **sǽ**culi.
10. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spi**rí**tui **San**cto.
11. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in sǽcula sæcu**ló**rum. **A**men.

*Ap 19, 16; 1, 6*



# CAPITULUM

*1 Cor 15, 25-28*

Opórtet Chri*stum re***gnáre**, * donec ponat omnes inimícos sub pédibus **ei**us. † Novíssima autem inimíca destru*étur* **mors**; * ómnia enim subiécit sub pédibus **ei**us. † Cum autem dicat: «Omnia sub**ié**cta sunt», ꝯ sine dúbio *præter* **e**um, * qui subiécit ei **ó**mnia. † Cum autem subiécta fúerint illi **ó**mnia, ꝯ tunc ipse Fílius subiéctus erit illi, qui sibi sub*iécit* **ó**mnia, * ut sit Deus ómnia in **ó**mnibus. ‡ ℟. Deo **grá**tias. ‡

*Vel, ad libitum :*




ri- a Pa-tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sanc-
to. * Da pa-cem.

# HYMNUS


I
DIes iræ, di- es illa, solvet sæclum in fa-víl-la:
teste David cum Si-býlla. 2. Quantus tremor est fu-tú-rus,
quando iu-dex est ventú-rus, cuncta stricte discussúrus!
3. Tuba mirum spar-gens sonum per sepúlcra re-gi- ónum,
coget omnes ante thronum. 4. Mors stupé-bit et na-tú-
ra, cum resúrget cre-a-tú-ra, iudi-cán- ti responsú-


ra. 5. Liber scriptus pro-fe-ré-tur, in quo to-tum conti-
né-tur, unde mundus iudi-cé-tur. 6. Iudex ergo cum
sedé-bit, quidquid la-tet appa-ré-bit: nil inúltum re-
manébit. 7. Quid sum mi-ser tunc dictúrus? quem patró-
num roga-túrus? Cum vix iustus sit secúrus. 8. Rex tre-
méndæ ma-iestá-tis, qui salvándos salvas gra-tis, salva
me, fons pi- e-tá-tis. 9. Recordá-re Ie- su pi- e, quod
sum causa tu- æ vi- æ: ne me per-das il-la di- e.


10. Quærens me, se- dí- sti lassus: redemísti crucem pas-
sus: tantus la- bor non sit cassus. 11. Iuste iudex ul-ti-
ónis, do-num fac remissi- ó-nis, ante di- em ra-ti- ó-
nis. 12. Ingemísco, tamquam re- us: culpa rubet vultus
me- us: suppli-cánti parce De- us. 13. Qui Ma-rí- am ab-
solvísti, et latró-nem exaudísti, mi-hi quoque spem
de-dísti. 14. Pre-ces me-æ non sunt dignæ: sed tu bo-
nus fac benígne, ne per-énni cremer igne. 15. Inter o-


ves lo- cum præsta, et ab hædis me sequéstra, stá-
tu- ens in parte dextra. 16. Confu-tá-tis ma- le-dí-ctis,
flammis ácri-bus addíctis: voca me cum benedíctis.
17. O-ro supplex et aclí-nis, cor contrí-tum qua-si ci-
nis: ge-re cu-ram me- i fi-nis. 18. Lacri-mó-sa di-es il-
la, qua resúrget ex favíl-la, 19. Iudi-cándus ho- mo re-
us: hu- ic ergo par- ce De- us. A- men.
℣. NON intres in iudí-ci-um.
℟. Cum servo tuo Dómine.


Cf. Lc 19, 41-44
CUm appro-pinquá- ret * Dómi- nus Ie-rú-sa- lem,
vi-dens ci-vi- tá-tem, fle- vit su-per il-lam, et dixit: Qui- a
si cogno-vísses et tu: qui- a vé- ni- ent di- es in te, et
circúmdabunt te in-imí-ci tu- i val-lo, et circúmdabunt
te, et co- angustábunt te úndique, et ad ter- ram pros-
térnent te: e- o quod non cogno-vís- ti tempus vi-si-
ta- ti- ó-nis tu- æ, al-le- lú- ia. E u o u a e.

# CANTICUM MARIÆ (TONUS I SOLLEMNIS)

## *EXSULTATIO ANIMÆ IN DOMINO*

*Lc 1, 46-55*




1. Magníficat * ánima *mea* **Dó**minum. (d: **Dómî**num.)
2. Et exsultávit *spíritus* **me**us * in Deo salu*tári* **me**o.
3. Quia respéxit humilitátem *ancíllæ* **su**æ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene*rati***ó**nes.
4. Quia fecit mihi *magna qui* **potêns** est: * et sanctum *nomen* **e**ius.
5. Et misericórdia eius a progéni*e in pro***génî**es * timén*tibus* **e**um.
6. Fecit poténtiam in *bráchio* **su**o: * dispérsit supérbos mente *cordis* **sui**.
7. Depósuit po*téntes de* **se**de, * et exal*távit* **hú**miles. (d: **húmî**les.)
8. Esuriéntes *implévit* **bo**nis: * et dívites dimí*sit in***á**nes.
9. Suscépit Israel *púerum* **su**um, * recordátus misericór*diæ* **su**æ.
10. Sicut locútus est *ad patres* **no**stros, * Abraham et sémini e*ius in* **sǽ**cula. (d: **sǽcû**la.)
11. Glória *Patri, et* **Fílîo**, * et Spirí*tui* **San**cto.
12. Sicut erat in princípio, *et nunc, et* **sem**per, * et in sǽcula sæcu*lórum*. **A**men.

Cf. Lc 19, 41-44


C Um appro-pinquá- ret * Dómi- nus Ie-rú-sa- lem,
vi-dens ci-vi- tá-tem, fle- vit su-per il-lam, et dixit: Qui- a
si cogno-vísses et tu: qui- a vé- ni- ent di- es in te, et
circúmdabunt te in-imí-ci tu- i val-lo, et circúmdabunt
te, et co- angustábunt te úndique, et ad ter- ram pros-
térnent te: e- o quod non cogno-vís- ti tempus vi-si-
ta- ti- ó-nis tu- æ, al-le- lú- ia. E u o u a e.

# PRECES


K Y-ri- e e-lé- i-son. ℟ Chris-te e-lé- i-son. Ky-ri- e
e-lé- i-son.
P A-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti- fi-cé-tur nomen tu-
um; advé-ni- at régnum tu- um; fi- at vo-lúntas tu- a, si-cut in
cæ-lo et in terra. Pa-nem nostrum quo-ti-di- ánum da no-bis hó-
di- e; et dimítte no-bis dé-bi-ta nostra, si-cut et nos dimít-timus
de-bi-tó-ri-bus nostris; et ne nos indú-cas in tenta-ti- ónem.
℟ Sed lí-be-ra nos a ma-lo.



D Omi-ne, exáudi o-ra-ti- ónem me- am. ℟ Et clamor



me- us ad te vé-ni- at. ℣ O-rémus. (*Oratio propria*)

Omnípotens sempitérne Deus, qui in diléctо Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti,† concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liheráta, tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet.*

*Cum conclusio longiore*



Per Dómi-num nostrum Ie-sum Christum Fí- li- um tu- um:



qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti, De- us,



per ómni- a sǽcu-la sǽcu-lo-rum. ℟ Amen.

## CONCLUSIO HORÆ



D Ómi-ne, exáudi o-ra-ti- ónem me- am. ℟ Et clamor



me- us ad te vé-ni- at.







℣ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.
℟ Amen.

℣ Dóminus det nobis suam pacem.
℟ Et vitam ætérnam. Amen.

## SALVE REGINA






℣ Ora pro nobis, sancta Dei Génetrix.
℟ Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus — Oratio

Omnípotens sempiterne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte præparásti,† da ut, cuius commemoratióne lætámur,* eius pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℟ Amen.

℣ Divínum auxílium máneat semper nobíscum.
℟ Et cum frátribus nostris abséntibus. Amen.